

Griesheim.

Konr. Gerh.

Dicitatis  
longacvae  
theologis.

1729/30.



3

Æ

M

I

D 533

DE  
VIRENTE SENECTVTE  
QVORVNDAM THEOLOGORVM  
EPISTOLA,

QVA  
*NATALEM LXVIII.*  
VIRO

MAXIME REVERENDO ATQVE  
DOCTISSIMO

M. GEORGIO BASILIO  
BRINCKMANN,

PASTORI COENOBII ILFELDENSIS  
INSIGNITER MERITO,

SOCERO SVO ÆSTVMATISSIMO  
LAETVS GRATVLATVR  
GENER

CONRAD GERARD GROSHEIM,  
PASTOR NOHRAE, WOLLERSLEBII ET MOER-  
BACHII IN COMITATV HOHN-  
STEINENSI.

---

NORDHVSAE,  
LITTERIS COELERIANIS.



MAXIME . . . ERENDE,  
SOCER PER QVAM VENERANDE,

**E**t magna et multa incommoda vitæ nostræ sunt comites. Quod Moralium Doctor Siracides significantius his expressit verbis: Occupatio magna creata hominibus et jugum grave, Cap. 40. v. i. seu iuxta versionem B. Lutheri: *Es ist ein elend jämmerlich Ding um aller Menschen Leben.* Et porro: *Da ist immer Sorge, Furcht, Hoffnung, und zu lezt der Zodt.* Ut inde Ambrosius in sermone 40. ita sentiat: tantis malis hæc vita repleta est, ut comparatione eius mors remedium puretur esse, non poena. Nam ideo brevem illam Deus facit, ut molestiæ eius, quæ prosperitate vinci vel tolli non poterant, temporis exiguitate finirentur. Haecenus ille. Quid ergo mirum, paucissimos hominum præsertim Theologorum ad senectutem virentem pertingere? in aprico enim est, nemini quam his satanam magis insurgere, suaque tentationum jacula in eosdem emittere. Numquam otiosus sed semper negotiosus Draco iste infernalis reperitur in regno suo tenebrarum amplificando et conservando. Quod si vero fidus verbi minister illud: Tu contra audientior ito, probe observet, si improbis motibus audacter contradicat, malitiam reprobet, hypocrisim damnet, omniaque illa quæ cum sanctissima Dei voluntate haud convenient, detestetur, quantas malorum vndas Deo permittente, Diabolo insurgente et mundo fremente in se derivat? ut taccam quæ ex Theologi vitæ genere, cui motiones corporis desunt, meditaciones vero indefinenter adhærent, oriuntur incommoda. At tamen Deus pro immensa, quæ fertur in genus humanum bonditate, modo hunc, modo illum variis calamitatibus non ob-

stan-

stantibus  
seu viridi  
nonnulla ex... Theologorum numero, qui corporis a-  
nimiqui viribus pollentes ad extremam venerunt senectem, in  
conspectum iam produci. Præ alii ævi nostri eminet Theo-  
logus ille ad magna natus et celebratissimus vñr ev dñjots GERAR-  
pvs, Abbas Luccensis, qui superiore seculo, anno nempe 1633,  
in lucem editus, anno 1722, senex fere nonagenarius discessit.  
Hic rarissimo suo exemplo specimen vigoris senilis posteris  
reliquit plane singulare et admirandum. Propter merita in-  
signia provincia non vna ipsi demandata sicut, sed tot et tantis  
functionibus, quibus vel plures non sufficerent, ingravescen-  
te senectute ad finem usque vitæ unus et cum laude maxima  
absque ullo defectu præfuit. Primum quidem Professor Ma-  
thematum et deinceps Theologiae Rintelii constitutus vive-  
bat. Qua deposita, quam satis bene ornaverat, sparta, maio-  
ribus titulis et honoribus asservatus sicut. Director tandem e-  
rat centies octo circiter Ecclesiarum, et in his totidem presby-  
terorum, Superattendentibus Generalibus et specialibus haud  
memoratis. Primus erat in Synedrio Sacro seu Consistorio,  
primus in Provincialibus Diætis, primus inter Consiliarjos æ-  
rarii Provincialis Ducatus Calenbergici, Abbas denique li-  
beri et Imperialis Monasterii Luccensis, ut monumenta  
ipsius litteraria autographa ad amicum (I.) data testan-  
tur. Sic Vir ille magnus in Epistola d. 19. Februar. 1716.  
exarata varia sua officia refert, simulque labores graviores  
et concatenatos quodammodo depingit scribens : *Prela-  
tura sola solum totumque hominem requirit. Si quis extero-  
rum venit Hannoveram, medalliones, conchylia, raritatesque  
tam naturales quam artificiales spectaturus, itur ad me. Taceo  
san.*

---

(1) Jacobum Schwachheimium, Pastorem quondam Hattorfiensem,

sanctorum reliquias, quarum ego custos sum.  
ingentem presbyterientium turbam, quae iden-  
vexat vel alloquo. Talis ego prolixissime, ut ut  
midiam fere partem octogesimi tertii etatis meae anni per Dei gra-  
tiam absolv. Ex quibus liquidopatet, quantum mihi spatii prolixi-  
teris ad familiares superesse queat. In extremitate vero huius episo-  
læ additur: Integerrima adhuc valetudine, Deo gratias! Nihilo  
minus in aliis litteris ad eundem amicum d. 12. Febr. 1714. Re-  
verendissimus Abbas vigorem corporis & animi in senectute  
continuum in lingua vernacula ita expressit: Ich kan vwas Ca-  
leb, Iosue XLV. im 85. Jahre seines Alters von sich rühmete, Gott  
zu Ehren im 81. auch von mir sagen: Ich bin noch heutiges Tages  
starck als da ich 40. Jahr alt war, und mit Moje Deut. XXXIV. 7.  
dass meine Augen nicht dunkel worden, und meine Kraft nicht  
verfallen sey. Welches daher erweiselich, weil ich die allerkleinste  
gedruckte Schrift noch ohne Brillen nicht nur am Tage, sondern auch  
des Abends bey Licht lesen kan, weil an den übrigen Sinnen noch nicht  
den geringsten Abgang mercke, ja am ganzen Leibe, es sey inner-  
lich oder äußerlich keinen Schmerzen noch in meinen Knieen die  
dem Alter sonst ankliegende lassitudinem empfinde, dabey Mittag  
und Abends eine gute Malzeit thun, gehen, stehen, auch da es nö-  
dig laufen kan, so, dass ich grosse Ursache habe mit David aus  
seinem 116. Psalm v. 12. 13. seq. zu sagen: Wie soll ich dem HErrn  
vergessen alle seine Wohlthat? ich will den heilsamen Kelch nehmen  
und des HErrn Nahmen predigen. Ich wil meine Gelübe dem  
HErrn bezahlen für alle seinem Volk.

Et rursus ad modo dictum amicum in litteris die 20. Jan-  
1717. Ich bin durch GOtes extraordinaire Gnade den 22. Oktobi-  
ri. v. und i. Nov. in mein 84. Jahr sine interruptione animi corpo-  
risque virium integrisque sensibus internis atque externis getreten,  
und sage billig mit Jacob, ich bin zu geringe aller Barmherzigkeit  
und

und Treue die der HERR mein GOTT an mir seinem Knechte gethan  
hat.

Et iterum in litteris d. 10. Jan. 1721. Ich lebe GOTT sey Dank  
in meinem 88. Jahre noch eben so gesund und ohne alle Incommo-  
ditaten wie im 50. Jahre meines Alters. Sic ultimo tandem an-  
no vere lubilæo, quo summe Venerandus Senex ex ecclesia mi-  
litante ad triumphantem transit, anno nempe 1722. prosperi-  
tatem senectutis suæ his prædicat: Das Jahr darein ich verwich-  
nen 22. Oktobr. stile. vet. getreten, ist das 89. meines Alters, darin  
ich mich, GOTT sey evvig Lob und Dank gesagt, an Leibes und  
Gemüths-Kräften annoch so wol befindet als vor 20. oder 30.  
Jahren.

O admirandam senectam, quæ vix habet sui similem! tan-  
ta felicitate Præsul hicce usus est quanta fere nullibi, vel tamen  
rarissime, sive excelsos, sive humili serpentes homines adspici-  
as, reperitur. Quod singulare Numinis supremi beneficium  
grato quoque semper agnoscit animo, et quod ita Abbatu no-  
stro gravissimo pro plurimis contigit, nulla memoria filebit  
nulla obliviscetur posteritas. Reliquis missis verba ipsius  
mortem proxime antecedentia valde heroica et tanto Præsule  
digna, quibus vita exitus indigitabatur, omnino notanda ve-  
niunt, quando in æternitatis limine constitutus sic loquebatur:  
*Imperatorem debet plantem mori, Præsulem sedentem.* Et dictum  
factum, leni morte in sedendo exspiravit ac pretiosam animam  
coelo, unde profecta erat, reddidit. Beatum, Te, beatum  
terque quaterque GERARDVM! præstat enim nudo Te nomine  
compellare, qui omnes titulos, quos mortales tibi quondam  
tribuere, nuncrides & delpicis melioribus ornatus & angelo-  
rum consortio ad sociatus. (2).

Hic

(2) Quod beatus Abbas cognitionem quoque peculiarem, rei ne'mpe  
numariae & thesaurum numismatum præstantiorem, nec min  
bibli

Hicce qui senectute vidente gavisi sunt, adnumerandum  
quoque puto IACOBVM SCHWACHHEIMIVM, Theologum corda-  
tum & celebrem, Pastorem quondam Hattorfienem præclare  
meritum, & Ministerii in Ducatu Grubenhagiano Seniorem.  
Hic venerabilis Senex ingenium eximum politioris litteraturæ  
non levius degustandæ sed imbibendæ sufficiens sortitus erat. In  
litterarum studia curiosus & ledulus inquirebat, libros probatis-  
simos nocturna versavit manu, versauit diurna. Quo factum  
est, ut eruditionem haud vulgarem acquireret, & plures con-  
summatæ doctrinæ viri famigeratissimi cum Schwachheimio lit-  
terarum commercium habuerint, nempe Gerardus, Abbas,  
Luccensis, Seckendorffius, Leibnitzius, Ludolphi, Wagensei-  
lius, Lylerus, Möllerus, Calvörius, Vockerodtius aliquie, Lo-  
quuntur litteræ autographæ quæ servantur, testes existimatio-  
nis fide dignissimi. Quo factum quoque est, ut beato propter  
eruditionem, prudentiam & rerum agendarum peritiam munus  
Superattendentis oblatum tuerit, quod vero sorte sua conten-  
tus reculavit. Cum autem apud alios variis morbi ex lucubra-  
tione & assidua meditatione nascantur, NOSTER ingravescere  
senectute semper vegetus & prosper extitit. Sensus non de-  
fecerunt, nec memoria caduca, nec oculorum acies turbida  
facta est, ita ut munere Ecclesiastico, quo per quinquaginta fer-  
me annos functus est, ad finem vitæ usque, senectute grandæ-  
va non obstante fungi potuerit, qui anno ætatis octogesimo  
secundo ad supernas fides pacatissimas ex turbulentis hisce re-  
bus translatus est, atque sic metam ad quam nos adhuc solli-  
citi tendimus ex voto attigit. (3) Huius vestigia premere vide-  
batur.

Chri.

bibliothecam selectissimorum librorum amplissimam, quæ 7000.  
thaleri vendita, habuerit, notissimum est.

(3) Natus est Jacobus Schwyachheimius Hattorfii anno 1644, cuius  
pater

Christianus Kochius, Pastor quondam Kauffungiae, qui  
eodem loco die 21. Nov. 1647. natus, et d. 15. Martii 1724. dena-  
tus est, senex 77. annorum factus. Senectus apud hanc non im-  
pedivit, quo in inuis iter facere pedibus potuisset. Quod ami-  
cus quidam in itinere comes maxime miratus & testatus est. (4)

VENERANDE SOCER, me nulla alia ratione quam senectu-  
tis tuæ vigore inductum argumentum huius epistolæ lelegisse,  
facile perspicies, Natalern octavum & sexagesimum, postquam  
annos ætatis septem et sexaginta implevisti divino lavente Nu-  
mine jam agis, & quidem sospes & incolumis, viribus haud  
prostratis sed erectis & sensibus integris; Quod eo magis mira-  
tu dignum, quia inter omnes qui te norunt, constat, Te a pue-  
ris studiis & lucubrationibus inhæsile firmiter. Quantum alii  
ad voluptates & requiem animi & corporis consumunt tempo-  
ris,

pater fuit Andreas Schvvachheimius, qui septem & quinquaginta  
annos officio Pastorali præfuit, ut inde Pater & filius supra se-  
cundum prouinciam Ecclesiasticam continua serie & uno loco ad-  
ministraverint. Rarum contingens, cuius exempla paucissima  
præstant. Felicitatem augebat matrimonium ultimi Schvvach-  
heimii felix, quod ne votis quidem felicius fangi potuerat; ha-  
bebat enim beatus senex conjugem desideratissimam Sophiam  
Margaretham Brinckmanniam, sexus sui ornamentum egregium,  
atque solatium ad properantis senectutis amoenissimum & certis-  
sum, sed fatis sic jubentibus ante mariti exitum morte e-  
reptam.

- [4] M. Joh. Christianus Martius, in abitu mentem tuam sic explicans:  
Ja fürnehmlich hat mich das recht von Hertzen sehr ergetzet,  
Dass ein Vater haben Alters noch so steiff marchiren kan,  
Und gleich wie ein junger Purisch über einen Graben setzet,  
Ey das heist ein recht courager 76. Lehrger Mann,  
vid. M. Joh. Christ. Kochs Reflexiones aus der Moral- und Litteratur  
bey Betrachtung des vvolgeführten Lebens - Lauffs seines liebge-  
yvvesenen Vaters, Bud ssn 1727. 8.

ris, quantum tribuunt deambulationibus, conviviis iusibus,  
aliisque rebus, tantum, ut seduli litteratores solent variis sci-  
entias imbibendis lubens immolasti. Animum tuum doctrina  
**ex optimis Poëtis**, Historicis et Oratoribus in adolescentia  
tua quotidie instruisti et confirmasti. Ex quo deinceps ad di-  
vinioris doctrinæ monumenta inquirenda te applicasti, et offi-  
cio Pastorali dicasti, quantum laboris, quantum molestia,  
laboris dicam Herculei saepius suscepisti et sustinuisti, nulla opera  
quam officii ratio postulat, per annos 40. ymquam neglecta?  
Et si quidem ex his omnibus haud difficulter concludi posset,  
varia corporis mala ex causa honestissima, lucubratione,  
studio & labore nata TIBI nunc seni adesse et saepius im-  
pedimento esse oportere, (nam vires, vox et latera senes  
plerumque deficiunt;) experientia tamen aliud confirmat,  
nempe quad statuto tempore numquam officio tuo deesse co-  
garis, sed sufficias. Id quod omnes, qui a studio partium ali-  
eni sunt, testatum ibunt. Alitis, quæ de tuis litterarum cum  
pluribus commercijs assiduis dicenda forent jam supersedeo.  
Quare de senectute virente TIBI honoratissime Socer merito  
gratulor, Deum, a cuius nutu vita nostra dependet, precibus  
sollicitans, ut Te imposterum adhuc plures annos salvum at-  
que vigentem servare clementissime velit. Vota hæc brevissi-  
ma, quæ ob capitis dolores iam extendi nequeunt, supremus  
rerum Arbitr rata esse iubeat. Dabam d. II Februar.  
**M DCCXXX.**

MC


Ja 168d

ULB Halle

3

007 506 058







8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Centimetres  
Inches

DE  
 VIRENTE SENECTVTE  
**QVORVNDAM THEOLOGORVM**  
 EPISTOLA,  
 QVA  
**NATALEM LXVIII.**  
 VIRO  
 MAXIME REVERENDO AZQVE  
 DOCTISSIMO  
**M. GEORGIO BASILIO**  
**BRINCKMANN,**  
 PASTORI COENOBII ILFELDENSIS  
 INSIGNITER MERITO,  
 SOCERO SVO ÆSTVMATISSIMO  
 LAETVS GRATVLATVR  
 GENER  
**CONRAD GERARD GROSHEIM,**  
 PASTOR NOHRAE, WOLLERSLEBII ET MOER-  
 BACHII IN COMITATV HOHN-  
 STEINENSI.  
 NORDHVSÆ,  
 LITTERIS COELERIANIS.

